..ogr. er. D
1058



..iogr. erud.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

~~Vita Eruditor. Singulor: 228.~~

~~917~~

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/4
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

# INITIA REFORMATIONIS EVANGELICAE MINDENSIS
A. CIↃ IↃ XXVIIII. in autumno ſuſceptæ
&
# PRIMORVM REFORMATORVM,
maxime
# ALBERTI NISII,
VITAS
RESQVE EO PERTINENTES
EX MSS. & EDITIS LIBRIS
adumbrat,
ad ſæcularem ſalutaris negotii
memoriam pie recolendam excitat,
&
Ad ACTVM ORATORIVM
A. CIↃ IↃ CCXXVIIII. d. 3. Octobr.
in Gymnaſio habendum inuitat
JO. LVDOLPH. BVNEMANN
Reg. Bibl. & Gymn. Rect.

---

MINDÆ, Typis viduæ Johannis Detleffſii, Reg. Boruſſ. Aulici & Regim. Typographi.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/5
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

DEſcripturo mihi *initia Reformationis Euangelicæ Mindenſis & res eo pertinentes*, nihil prius erit, nihil poſterius, quam ea, quæ mihi cum cura omnia indaganti innotuerunt, ex ſcriptis tam editis, quam ineditis ſine vllo partium ſtudio, ſine vlla criminandi libidine atque inſectatione, quippe vitiis veritate indignis, tradere & in ſecundi IVBILAEI Mindenſis poſteritatisque memoriam conſecrare.

Principem ſibi locum ex iis, qui primam emendatæ doctrinæ rationem habuerunt, merito ſibi vindicare poteſt ALBERTVS (1) NISEVS, vel (2) NISIVS, Germanice (3) NYS, vir doctrina, pietate, prudentia, animi moderatione



(1) *NISEUS* hæc eſt ſcribendi hujus nominis ratio apud pleroſque, *Hamelmannum*, *Chytræum*, *Sculteturn*, *Seckendorfium*, Paullini.

(2) *NISIUS* apud eumdem *Hamelmannum*, & in filii *Guilielmi* & nepotis *Henrici* poſtea proferendis Epitaphiis & in ſcriptis & editis *H. Niſii* monumentis legitur. Ita quoque Niſii Jenenſis ex impreſſis libris noti ſuum nomen ſcripſerunt.

(3) *NYS* ita lego in litteris originalibus, quibus a Senatu Mind. pauperibus S. GEORGII ratione *domus in Grieſenbroke* immunitas a. 1556. conceſſa: HER ALBERT NYS. Qua occaſione liceat quosdam Homonymos, qui mihi innotuerunt, indicare, ex quibus num aliqui noſtris NISIIS fuerint cognati, non poſſum definire.

(*a*) *NIC. de NYSE* fuit Prouincialis Franciæ ſuper fratres minores, cuius *Gemma Prædicantium* Baſil 1516. 4. erat in nupera auctione Biblioth. VOCKERODTIANÆ part. I. p. 40. n 67. Quam *Geſnerus* in Bibl. f. 522 b. vocat præclariſſimum opus citatque antiquiorem *Baſilienſem* editionem a. 1508. 4; vti recentiorem *Paris* 1522. Aub. Miræus ed. *Fabric.* f. 126. qui *Miræus* quoque hunc N. de NYSE ſcribit *NISAEVM*: memoratæ *hæ tres editiones* non ſunt obſeruatæ a Celeb. MAITTAIRIO in Annal. Typographicis. Adnotaui *aliquot mille libros ab a.* 1500. *ad* 1556. impreſſos MAITTAIRIO nondum memoratos, quorum nomina forte ad auctiorem editionem horum Annalium poſſum ſuppeditare; ſicuti mea ſupplementa cum Tomo I. Annal Typogr. ab inventa arte ad a 1500. ſuis locis inſerta iam maxima ex parte Amſtelodami apud *Petr. Humbertum* ſunt excuſa. Alia *de N. NYSE* ſcripta indicarunt *Geſnerus*, *Simlerus*, *Poſſeuinus*, *Miræus*, *Kœnig*.

(*b*) JO. NYSEVS tabulas confecit in *Phil. Melanchtonis* L. L. Theologicos, editas Baſil. 1569. fol. venales nuper in auct. Biblioth. PORSTII Præpoſiti, vide Catal. Berolin. p. 169. n. 2099. *Simlero* in Biblioth. ed. Tigur. 1574. f. auctor ſcribitur JO. NISÆVS & impreſſæ dicuntur tabulæ ab *Oporino*. Non memorantur quidem in denuo impreſſo Catalogo librorum per JO. OPORINVM excuſorum in vitis ſelect. Vratislav. 1711. 8.; ſed eſt ille catalogus ad exemplar Argent. 1569 m. Martio editum recuſus, vbi tabulæ forte nondum prodierant. Catalogus Selectorum Librorum viri cujusd. illuſtris ſc. Eſaiæ PVFENDORFII a REGE DANIÆ 4000. imperial. emtorum conf. *Sibbern* Biblioth Hiſt

Dano-

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/7
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

tione & integritate, ſenio deniqueipſo, venerabilis. Si conjecturæ locus, videri poſſet NISIVS nomen ſibi latinum more tum temporis peruulgato indidiſſe pro Germanico *FISCHARN*, qui latinis (4) NISVS, Græcis HALIÆETVS eſt. Vt ita coniiciam, me adducit inſigne, quod in templo *S. Mariæ* Mindenſis ſepulcro *Guilielmi* NISII inciſum & a me a ſordibus purgatum adhuc ſatis diſtincte conſpicitur, vbi ſub ſiniſtri pedis NISIANI parte NISVS *piſcem roſtro petit. Seruius ad Virgil.* Eclog. VI. 74. *Niſum* vocat *aquilam piſcarien.* Taubmannus c. l. *Falconem.* Eo forte fit, vt Ampliſſima NISÆORVM ſiue NISINGORVM Magdeburgi celeberrimorum familia adhuc AQVILAM, licet *erectam expanſis alis, gerat.* Nomina vero de piſcibus petita Mindæ non inuſitata, immo ipſum ſuburbium ad Viſurgim, tamquam antiquiſſima pars vrbis, vocatur **die fiſcher Stadt.** Hic igitur noſter ALBERTVS ante medium quintum decimum ſæculum ao. circiter 1447. Mindæ natus ex honeſtiſſima familia, educatusque liberaliter, & tandem muneri ſacro ad S. Mariæ admotus, maximam ætatis & muneris partem in ſacris pontificiis, quæ Mindam omnem occupauerant, exegerat. Quum vero DEVS, quæ ſingularis eius in nos fuit benignitas

---

Dano-Norueg. p. 311.) Hamb. 1690. 8. p. 179. n. 379. memorat JO. OPORINI Bibliothecam librorum impreſſ. a 1571.

(c) M *Joachim NISÆVS* Diaconus Berolinenſis fuit citatus Clariſſ. nobisque amiciſſimo DNO. Ge. Godofr. KüSTERO Gymn. Frideric. Berol. Conrectori in *Memorab. Colon.* XI p. 104. eidem hæc ex B. Præpoſ. PORSTII Theologia Homilet. in Exemplis debemus: *Joach. NISÆVS* iſt zu Spandau gebohren a. 1574. d. 25. April. Sein Vater Johannes war Buchbinder daſelbſt. Er ſtudirete zu Spandau und in der Schul-Pforten, zog a. 1596. nach Wittenberg, wurde a. 1600. den 17. September Magiſter, und in eben dem Jahre als Sub-Rector des Berolin. Gymnaſii beruffen. A 1605. ward er Diaconus in Berlin, und hat bis ins 30. Jahr wohl geprediget. A. 1634. den 15. Jul. ſtarb er, nachdem ſeit anfang dieſes Jahres *Berconius* Con-Rector als Subſtitutus die Predigten, ſeine Collegen aber die actus miniſteriales verſehen. *Taubmannus* nennet NISÆVM *elegantiſſimi ingenii alam* in Comment. Plautino.

(4) Vnde hæc aquilæ ſpecies, cui NISO nomen impoſitum, ſit deducta, fabula talis eſt: NISVS Rex Megarenſium inter comas capillum purpureum a quo vates regni fata pendere cecinerat, diligentiſſime nutriebat. SCYLLA NISI filia hoſtis Minois amore capta, abſciſſo patris capillo fatali, patriam hoſti tradidit. NISVS prædolore tabeſcens deorum miſeratione in HALIAEETVM auem ex genere accipitrum & aquilarum eſt conuerſus; SCYLLA a *Minoe* deſerta in CIRIN auem criſtatam ita dictam ἀπὸ τοῦ κείρειν, a tondendo, mutata, quam (ſiue *alauda* ea ſit ſecundum interpretes *Ciris Virgilianæ*; ſive *Ciphium*, ex ſententia *Geſneri*; ſiue *Egretta* ad mentem *Scaligerorum*) Haliæetus adhuc perſequitur. conf. *Virg.* I. Georg. v. 404. ſeqq. Ouid. VIII. Metam. v. 8. ſqq. & alibi & N. *L Loyd.* in *Hofman.* Lexico Vniverſ. edit. Lugd. Bat. T. I. f. 874. & T. III. f. 332. Ipſe *Hofmannus* c. II. ſub hac fabula *Simſonis* capillos a *Delila* præciſos quærit. Ego nolim hic τριχολογεῖν. Alias *Suidæ* ed. Lud. Küſteri Cantabr. T. II. f. 318. Κίρης eſt piſcis quidam: Etiam Etymologici Magni auctori ed. Sylburg. rariſſ. f. 515 Κίρρις ὁ ἰχθύς, immo eidem κίρρις, εἶδος ἱέρακος.

benignitas, per Lutherum Evangelii veritatem papalibus tenebris obſcuratam illuſtrare a. 1517. denuo cœpiſſet, NISIVS quoque, lectis ejus ſcriptis, atque ad S. Litteras examinatis, non modo veritatem cognouit agnouitque; ſed etiam PRINCEPS aliis ad eam amplectendam facem prætulit, viamque ad veritatis iter ingrediendum muniuit. Erat NISEVS, ſicuti vel ipſa effigies, tam a pictore antiquitus ad archetypum, quam a chalcographo ex pictura ſcite expreſſa prodit, tam *vultu quam animo compoſito, ſedato, tranquillo* & ab omni ſtrepitu & tumultu quam longiſſime abhorrente, eoque, accedente maturo venerandi ſenis iudicio, factum, vt ſolam nudamque primum veritatem ſine vlla Pontificiorum inſectatione ſuos edoceret, nihilque in ritibus atque ceremoniis immutaret, perſuaſus, ſemina veritatis tenera & in animis vix ſparſa radices agere atque conualeſcere non poſſe; niſi tempus illis, quo matureſcant, concedatur; certus etiam & longo rerum & exemplorum vſu edoctus, violento nimis niſu in remouendis aut immutandis vno ſemel impetu ritibus parum profligari & profici; immo haud raro incommoda, quam commoda, maiora inde ſolere importari. Ita iam aliquot annis (5) moderatiſſime omnia egerat, quum confirmatis quodammodo ciuium in veritate euangelica animis, tandem veritatis vis, latere & ſimulare neſcia, eum adduxit, vt aliquando aduerſariorum dogmata paullo liberius redargueret, eaque erroris & falſitatis inſimularet, ingemiſcens, ſe tamquam virum prouectæ iam ætatis non prius Euangelicam veritatem in pectus admiſiſſe, ſuosque auditores ad eamdem rapiendam & ſancte fouendam excitaſſe. Pontificii igitur audientes ſua dogmata per ſe minus firma a NISIO, iam octoginta annis maiore, per λογον βεβαιοτερον labefactari, obſtrepere, murmurare, ſermones inter ſe conferre, & (quum iam a. 1525. die lunæ poſt Iubilate CHRISTOPHORVS ARCHIEPISCOPVS BREM. & Adminiſtrator Verdenſis cum omnibus præſulibus & Clericis Mindenſis quoque Epiſcopatus fœdus contra Euangelii propagationem iniiſſet, teſte Schlöpkenio

(5) Præter annales MSS Mindenſes Alb. NISII moderationem commendant alii; Chytræus in Contin-Cranz. ed. Wittenb. 1586. f. 260. ad ann. 1529. *FRANCISCVS Mindæ Epiſcopus D. Br. apud fratrem Henricum, in Guelforum arce deceſſit. 29. Nou.* (rectius d. 25. Nou.) *Quo NB. adhuc viuente ALBERTVS NISEVS ALIQVOT annis puram Euangelii doctrinam modeſte & ſedate in templo D. Mariæ Mindæ docuerat, nec in externis ritibus vſitatis quidquam mutarat.* Hamelmann p 1313. *Cum ciues vrbis Mindenſis flagrarent - amore - ſincerioris doctrinæ Euangelii - inflammati - priuata lectione operum Lutheri, Philippi, Pomerani, & aliorum tum quoque ex fideli inſtitutione ALB. NISII VIRI INTEGERRIMI, qui pure ibi aliquamdiu docuerat in templo Mariano, ſed nihil adhuc immutaverat in religione vel Sacramentis & Ceremoniis, quamquam libere falſam doctrinam pontificiorum reprehenderat, quo nomine etiam venerat in periculum apud Epiſcopum Franciſcum. SECKENDORF* Lutheraniſm. L. II. ſect. 17. §. 50. (3) f. 145. a. ad ann. 1529. *Mindæ ad Viſurgim ſub Franciſco Luneburgico Epiſcopo iam aliquot annos ALB. NISEVS Euangelium PLACIDE in æde B. Mariæ docuerat.* Abr. SCVLTETVS vir diligentiſſ. in Annal. Euang. ad a. 1529. ed. Hardt. f. 138. hic ſua omnia ex Chytræo c. l. repetiit, pariter ac *Paullini* in Hiſt. Visbecc. p. 181.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/9
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

kenio in Chron. Bardewic. p. 356. 357.) tandem NISEVM ad Epiſcopum Mindenſem FRANCISCVM Ducem Luneburgenſem deferre, eumque erroris, ipſi in longe grauisſimis erroribus verſantes, grauiſſime cœperunt incuſare. Tantum vero abfuit, vt, hæc indeque enata varia pericula integerrimi & veritate ſubnixi NISII animum frangerent, vt potius erigerent & magis atque magis confirmarent.

Admirati ſunt MINDENSES ciues in paſtore ſuo grandæuo animi præſentiam, firmitatem & conſtantiam in defendenda ſalutari doctrina, vnde & ipſi emendatæ religionis deſiderio inflammati ſatisque de veritate conuicti cœperunt manus dare & veritati animum ſolatio eoque veriſſimo implenti accedere. Confluxerunt vero ad NISIVM, tamquam ARNDTIVM Mindenſem, ceu aquilam ſuos ad ſolem iuſtitiæ CHRISTVM adducentem, non *Mariani* tantum ipſius inſtitutioni ſubditi, ſed & (6) *MARTINIANI* a MARTINO LVTHERO renouatæ & expolitæ ad Lydium lapidem S. verbi doctrinæ, pariter & SIMEONITÆ acceſſerunt, & auidiſſime verba vitæ & ſalutis hauſerunt. Factum vti ante, ita potiſſimum anno CIↃ D XXIX. autumni atque meſſis tempore, vt ſementis antea a NISIO iactæ fruges colligerent, forte quoque eo tempore vix aliunde quam exſcripto Chronico aliquo Mindenſi notus IOANNES MARIENKINCK NIſii Collega veritatem agnouit & nouum operarium in vinea Marianæ ædis præter NISIVM præſtitit. Quemadmodum vero NISIVS modeſte & ſedate arduum hoc negotium ſuſceperat, ita eundem conſequentibus annis eodem tramite conſtanter perrexiſſe, certum atque exploratum habemus, nullum que eſt dubium, ſi NISIO, reiectis vehementioribus aliorum mox memorandorum conſiliis, ſemper obſecundaſſent maiores, quin multa incommoda effugiſſet ciuitas Mindenſis. Sedulam ſui cœtus, ſcholæque anno 1530. recens conſtitutæ & pauperum habebat curam NISIVS, neque negotiis ciuilibus atque ad turbas ſpectantibus ſe immiſcebat, ſed, qua poterat ratione, eas diſſuadebat atque impediebat. Dolendum eſt magnopere temporis iniuriam, bellorum tempeſtates, incendia, immo & multorum incuriam vberiorem nobis de VIRO tam egregio ſubtraxiſſe notitiam, alias vita ejus nobis & poſteris ſuppeditaret plenius exemplum veri EVANGELISTAE & REFORMATORIS. Quanto ardore & ſtudio optimus NISIVS ſacra verba ad populum fecerit, vel inde cognoſci poteſt, quod quum iam CENTVM annos viuendo expleuiſſet, & in tam grandi ſenio tandem oculorum lumine deſtitueretur

(6) *Martiniani.* Templum S. *Martini* Mind. fundatum ab Epiſc. SIGIBERTO in honorem *MARTINI Turonenſis Epiſcopi*, cuius vitam a SVLPICIO SEVERO deſcriptam magna ex parte in membranis vetuſtis poſſideo Deſcripſit eamdem Paullinus Petrocorius & alii. Sicut noſter MARTINVS Lutherus a *Martino Turonenſi*, in cuius vigiliis natus, nomen tulit, ita a multis *Martinus* Lutherus cum MARTINO TVRONENSI eſt collatus, quos indicauit longe celeberr. FABRICIVS D. in Centifolii Lutherani part. I. c. CXXVI. p. 385. ſqq.

tueretur, nihilominus (quum antea ſibi a cultore aliquo Theologiæ pia aliorum ſcripta ad vberiorem ſuam meditationem prælegi curaſſet) in templum & ſuggeſtum ductus orationes ſacras haberet, vnde egregiæ ſollertiſſimi ingenii & memoriæ tenaciſſimæ dotes in hoc viro colliguntur. Tandem ALBERTO admodum ſeni & integrum ſæculum ſuperanti emerito atque anno 1557. ætatis 110 decedenti ſucceſſit WILHELMVS NISIVS, de quo Hamelmannus p. 317. ſequentia in ſingularem ejus laudem commemorat: ſucceſſit WILHELMVS *filius diligenter patris veſtigia ingrediens, qui etiam aliquando ſubiuit vices patris & ipſum ſubleuauit* (7) *veluti Nazianzenus patrem & anno 1567. peſte moritur.* Qui cum poſtea addit WILHELMVM *menſe Maio* exſpiraſſe, fallitur, ſed leuiter; nam ex Epitaphio cognoſcetur, exſpiraſſe anno 1567. d. 24. Aprilis. Vtriusque patris, & filii lapides ſepulcrales adhuc cernuntur in templo S. Mariæ in choro inter vtrumque altare: in ALBERTI tumulo litteris vetuſtate exeſis hæc verba multa adhibita opera tandem inueni inciſa - - - - ECCLESIÆ, CVI MVLTIS ANNIS FIDELITER PRÆFVIT - - - - PASTOR ET - - DOCTRINÆ FIDEI PROPAGATOR. Poſtea ALBERTI ſepulcro a. 1695. 24. Jun. illatum ſub eodem lapide corpus Dni M. GABRIELIS LOHRMANNI, Paſtoris ad Mariæ Primarii, an cognationis, an eccleſiæ iure, neſcio.

Proxime parenti a ſiniſtro latere adiacet filius GVILIELMVS NISIVS, cuius effigies lapidi ſepulcrali inciſa venerabilis eſt, & vultui patris ſatis accurate reſpondet, cum hac inſcript. *A. 1567. d. 24. April.*

*NISIVS hanc vitam finiuit morte GVILELMVS,*
*Cuius in hoc tumulo membra ſepulta iacent:*
*Hic Chriſti populo TERTRIBVS præfuit annis,*
*Quem docuit veram cum pietate fidem.*

Præterea circa caput hoc votum legitur:

*CONSERVA Domine Eccleſiam in pace!*

Inſignia ſub pede dextero ſunt duo turtures, qui ſe mutuo excipiunt oſculo, ſiue, quod habet Seneca, *columbantur*. Sub ſiniſtro pede inſignia exhibent *Niſum ſ. haliæetum piſcem ore inclinato tenentem.*

Non exſpirauit Mindæ familia NISIORVM cum GVILIELMO ſed procreauit GVILIELMVS anno, qui eius obitum anteceſſit, CIↃ IↃ LXVI. filium HENRICVM, qui de ſe ſua manu in libro aliquo ſuo ſequentia conſignauit:

---

(7) *Veluti Nazianz. patrem.* adpoſite ita ſcripſit Hamelmannus de Gregorio Nazianzeno BASILII M. & ejus fratris GREGORII NYSSENI amico. Nam patris extremo iam ſenio laborantis infirmitatem ſubleuaturus Eccleſiæ Nazianzenæ curam ſuſcepit, obiit vero Gregorii pater pæne CENTENARIVS, quam ætatem noſter ALBERTVS non modo æquavit, ſed decem annis, uti dictum, ſupergreſſus eſt.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/11
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

uit: *die XXVI. Auguſti anni* CIↃ IↃ LXXXXIII. (8) *demandata eſt mihi functio Eccleſiaſtica templi MARTINIANI in MINDEN, ad quam functionem legitime conſenſu miniſterii, parochialium, diaconorum & presbyterorum ſum electus vocatus & confirmatus, ordines ſuſcepi in Oldenburg ab* HERMANNO HAMEL-*MANNO Licentiato.*

Quum anno 1594. medio quadrageſimarum tempore turris ædi S. Simeonis imponeretur, Theodoricus Senger Senator & diac. S. Simeonis præter alia nomina etiam paſtorum *S.* Martini M. Jo. COCCEJJ vel Kochii & HENRICI NISII additis verbis: **beyde Bürger Kinder** in capſula ænea cacuminis capiti indidit in poſterorum memoriam. Idem HENR. NISIVS per multos annos poſt COCCEJUM cum celeberrimo Jo. COCCEIO Bremenſi Theologo Reformato non confundendum, collega vſus eſt (9) Mag. Godofr. HESHVSIO Superint. vel Inſpectore Mindenſi, filio celebratiſſimi ~~Tilem.~~ HESHVSII.

Valde quoque hic HENRICVS NISIVS Mindenſibus ob animarum curam, ſedulitatem in officio, integritatemque animi celebratur. Incidit in tempora, quibus inquiſitio inſagas ſtrenue viguit, quæ res viro optimo multum ſæpe negotii faceſſiuit, qui libentius melioribus, ſi ipſi licuiſſet, vacaſſet: Num quædam eius ſcripta ſint impreſſa, me fugit. Conciones duæ h.t. in manus meas venerunt: **Leich-Predigt bey der traurigen Begräbniß Weyland** Jo. SOBBEN, **des Erbarn und vornehmen Jürgen** SOBBEN, **wie dann auch der Ehr- und viel tugendſamen Frauen** *Beaten von* KAMPEN **als betrübten Eheleuten eheleiblichen Sohn/welcher den** 9. **Tag** Martii **am Sonntag** Invocavit **Abends zwiſchen 9. u. 10. durch einen Fall ſein Ende beſchloſſen/ und folgends den** 11. Martii **um 2. Uhr Chriſtlich begraben/ gehalten von** Io. Henr. NISIO **Pfarr-Herrn zu Minden in** S. Martini **Kirchen/ gedruckt zu Lemgo durch Conr.**

---

(8) Succedebat M. JO WAGNERO Paſt. S. Martini viro diſerto & docto, qui vix 1591. Mindam vocatus iam a. 1593. ad Paſtoratum S Catharinæ Brunſuigam abiit, ubi tandem Superintendens factus; de quo cum cura, uti ſolet egit Celeb. Phil. Jul. REHTMEYER in Hiſtoria Eccleſiaſtica Brunſuic. part. IV. c. V. p. 286. ſqq. Poſſideo Wagneri concionem, qua Mindæ a. 1593. die Michaelis valedixit, impreſſam Witteb. per Zach. Lehmann a. 1594 in qua ſequentia notabilia verba de Reform. Mindenſi occurrunt Litt. m. 1. m. 11. Weil GOtt ohn alle mein lauffen/ oder rennen, bitt oder beger, ia ohne alle meine Gedancken - durch eine ordentliche Wahl und rechten Beruff mich von hier - in Braunſchweig - beruffen - - darauf ich auch den 16. Junii von den Herrn Zwölffen und Diaconis gütlich erlaſſen. Weil wir denn uns ietzt müſſen ſcheiden, ſo dancke ich GOtt, daß er das Licht ſeines Worts in dieſer löblichen Stadt Minden für 63 Jahren (ante 63. annos i. e. a. 1529.) angezündet, euch aus den Finſterniſſen des Pabſtthums errettet, und biß daher in reiner geſunder Lehre erhalten hat.

(9) De M. Gottfr. HESHVSIO conf. noſtri quondam amici Leuckfeldii Hiſtoria Heshuſiana p. 221. plura vero de eodem debemus induſtriæ Excell. BRENNEISEN in der OST-FRIES. Hiſt. T. I. L. I. c. 8. §. 3. & T. I. L. VII. n. 48. f. 403. ſqq. & n. 48. f. 410.

Conr. Grothen Erben A. 1606. 4. Dedicauit eam den erbahren und vornehmen Herrn Johann und Jürgen *Sobben* Gebrüdern/ wie auch der erbahren und viel tugendſamen Frauen *Wobbe Claren* und *Anna* Weyl. der erbahren Erſamen und vorſichten Herrn Burgemeiſters *THOM. von CAMPEN* und *Io. SOBBEN* Rathsverwandten reſp. hinterl. betrübten Wittwen NB. meinen inſonders freundl. lieben Schwiegern/ Schwiegerinn/ Gevatterſchen und Freundinnen.

Hæc ideo plenius retuli, vt inde pateat cognatio & adfinitas NISIORVM cum ampliſſimis & florentiſſimis familiis. In vitæ curriculo commemorat florem Gymnaſiii Mindenſis his verbis: zu welchem Ende er in die Schule gehalten allhier bey uns / welche Gottlob *flori*ret durch den Segen GOttes: ſcilicet fuit eo tempore *Io. a BERINCHVSEN*, Rector, qui a. 1620. obiit, de quo ſuo tempore, interim ablegamus lectorem ad Summe Reuerendi & doctrinæ, pietatis & modeſtiæ ſingularis laude florentisſimi Dom. D. EB. DAV. HAVBERI Superint. Schauenb. Primitiar. Schauenburg. faſc. II. p. 283. 284.

(2) Leich-Predigt bey Begräbniſſe des Ehrenveſten/ achtbahren und fürnehmen *Hermannſen GOLDSCHLEGERS*, Bürgers der Stadt Minden/ welcher an. 1624 den 25. Nou. abgeſchieden und den 1. Advent in S. Martini Kirchen beerdiget/ durch HENR. NISIVM Pfarrherrn daſelbſt gedruckt. Hervord bey Moritz Vogt a. 1625 4.

[3] Leich-Pr. auf Eliſab. Doroth. Lymborges/ Rud. Leiffers Raths-Verwandten/ Cam̃er-Herrn und Patritii Haus-Fr. † den 8. Jun. 1626. und den 11. in Martini Kirchen begraben/ gehalten durch H. NISIUM P. zu S. Mart. daſelbſt. gedr. zu Rinteln a. 1626. Incidit HENR. NISIVS in maxime turbulenta tempora, quæ Mindæ vltra 1300000 imperialibus ſiue tredecim tonnis auri ab a. 1624-1636. conſtiterunt. Nihil vero magis *Niſium* aliosque male habuit, quam quod Clerus Pontificius prouocans ad Cæſaris (10) edictum Reſtitutorium a. 1629. 6. Mart. datum, per technas improuiſas templa S. *Martini* & *Simeonis*, poſtea etiam Mariæ & cœnobium (11)

 vir-

(10) Edictum illud reſtitutor. Imperator numquam dediſſet, ſi ſciſſet, ſibi ipſi interitum & perniciem ſtrui, quod arcanum detexit KEVENHILLER Tom XI. in Annal Ferdinand. ad ann. 1629. cuius ampliſſimi & pretioſiſſimi operis vſum PERILLVSTRIS & EXCELLENTISS. Regiæ Cameræ Mind. Præſes pro ſua in me beneuolentia ex niti diſſima ſua Bibliotheca conceſſit. cf. Clariſſ. Sam. Waltheri Magd. Gymn. Conrect. Progr. de vera & arcana cauſſa Edicti Reſtitutorii A. 1629. 6. Mart. a Cæſare propoſiti quidue Magdeburgo inde damni ſit illatum. Magdeburg a. 1729. 4.

(11) Hic lepidus caſus accidit, quem Germanice referam exrelat. Germ. Bey wegnehmung der Kirchen S. Marien occupirte auch ein Jeſuiter, (da er auf etliche Tage Victualien bey ſich genommen,) und die Frau Abtiſſin Cathar. Eliſ. von Rheden ſich keines Argen verſahe, unvermuthet ihren Saal, und wolte nicht weichen. Daher bediente ſie ſich dieſer Liſt: Sie ließ des Abends einen Schornſteinfeger von auſſen in den Schornſtein des Saals ſteigen, und darinn greulich poltern und brüllen, worüber der heil. Vater ſich entſetzet, angefangen zu beten, ſich zu creutzigen und zu ſegnen, allein, da das Poltern und Brummen nur ſtärcker wurde, meinte der Pater, es wäre der lebendige Teuffel; und wolte zum Saal

heraus

virginibus nobilibus ſacrum iuuante Duce Imperatoris, Euangelii cultoribus ſubtraheret, de quo ſuo tempore in Hiſtoria Mindenſi plenius. NISIVS ipſe hæc de eo negotio verba libro ſuo alicui adſcripſit: *Anno* 1629. den $\frac{11}{21}$. *Septembr.* iſt unſere *Martini* Kirche und *S. Simeonis* mit Wehmuht und Betrübniß von den Pfaffen eingenommen. GOtt tröſte uns und ſtürtze unſere Verfolger Amen. *Hinr. NISIVS Paſtor ſcripſit*, & iterum. Anno 1629. den 7. Septemb. - den 13. iſt die gantze Röm. Catholiſche Geiſtlichkeit in Minden aus den Thum *in ſolenni proceſſione* nach *S. Martini* Kirche über den Marckt die Treppe hinauf gegangen und allda Meſſe gehalten/ aber NB. am 14. *Nou.* 1629. hat Hertzog *GEORG* den Bürgern die 3 Kirchen wieder gegeben und geöffnet/ und iſt den $\frac{16}{26}$. *Nou.* zum erſtenmahl wieder in beſagten Pfarr-Kirchen Evangeliſch geprediget.

De *matrimonio* HENRICI NISII *Primo*, quod admodum iuuenis videtur iniiſſe, ex quo IOHANNEM IVDICEM forenſem Magdeb. genuit, notandum, fuiſſe eam ex ampliſſima & adhuc florentiſſima immo dudum nobilitata familia DERENDALIORVM, nomine MARGARETHAM DERENDALIAM. Ante aliquot demum dies indagaui eius ſepulcrum in templo S. Martini atque hæc verba inueni inſculpta: *Anno Dni 1627. d. 5. Dec.* iſt in Chriſto JEſu ſelig entſchlaffen die Erbare und Tugendſame Frau *Margareta* DERENDALIN, dehrer Sehlen Godt gnedig ſey Amen. Ipſe quoque H. NISIVS, vti inſcriptio lapidis nondum addito anno ſuadet, hic voluit inferri, ſed tempore belli, vt ante dictum, in æde Paulli eſt ſepultus. Meo tempore a. 1715. d. 10. Febr. Dn. M. *Albrecht Fidler* KNOPFF Inſpector & Paſt. Primar. S. Martin. in eo eſt humatus. *Secunda vxor*, vt ex Genealogicis tabulis beati D. R. F. SCHLICKII, viri quondam in Genealogia & Hiſtoria Mindenſi verſatiſſimi, didici, fuit CATHARINA NITERT, vidua *Alb. Fuſtmanni* Ciuis Mind. collatrix vicariæ Conceptionis Mariæ virgin. quam fundauerat *Florinus NITERT* a. 1517. cuius altare fuit in templo Cathedr. in paradiſo. Ipſa obiit improles a. 1664.

*NISII gener* (quis ille fuerit, non potui expiſcari) hæc de ſocero ſuo HINRICO eidem libro, vti teſtatum reliquit longe doctiſſimus & diligentiſſimus quondam Superintendens Petrihagenſis M. Iul. Schmidt, hæc adſcripſerat de obitu eius: Anno 1631. d. 11. Maii zwiſchen 6 und 7 Uhren des Morgens iſt mein Schwieger-Vater Herr *Hinr. NISIVS* ſel. in GOTT den Herrn entſchlaffen und den 13 May zur Erden beſtätiget worden/ und

---

heraus in ein ander Zimmer; aber die Frau Abtißin und Stiffts-Fräulein hatten 2. ſtarcke Kerl beſtellet, die ihn muſten angreiffen, um ihn heraus zu ſtoſſen, weil er ſich aber allenthalben anhalten und anklammern wolte, pricketen die Fräulein die Hände dieſes acutiſſimi patris mit Nadeln, und weil er nicht einmahl einen Schornſteinfeger, geſchweige einen Teuffel, wegzubannen gelernet, verbanneten ſie auf ſolche ſpitzige Art dieſen ſpitzfindigen Vater, der ſie aus ihrem Stiffte gerne verbannet hätte.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/14 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

und ſein Begräbniß iſt in der *Paulliner* Kirche beym Altar. Hæc adnotatio me adduxit, vt, quum vlterius inquirerem, lapidem HENR. NISII ſepulcralem inuenirem luto penitus obductum a parte ſiniſtra altaris, ſi ortum ſpectes, haud procul à monumento mihi aut meis D. V. proprio: Monumenti NISIANI hæc eſt inſcriptio: PLACIDE IN CHRISTO OBDORMIVIT VIR REVERENDVS ET DOCTISSIMVS DOMINVS, DNVS HENRICVS NISIVS HVIVS TEMPLI PASTOR, ANNO POST N. C. CIↃ IↃ CXXXI. DIE XI. MAJI. ÆTATIS LXV. MINISTERII XXXVIII. CVIVS ANIMA REQVIESCAT IN PACE. (12)

 Quum

(12) Exſpirauit HINRICVS NISIVS eodem anno menſe & vix vno die tardius, quam MAGDEBVRGVM eſt exciſum (a. 1631. 10. Maii.) Sicuti vero NISIORVM ALBERTI, GVILIELMI, HENRICI merita in ſacris MINDÆ vltra ſæculum viguere; ita MAGDEBVRGI noſtri HENR. NISII filius IOHANNES, nepos HIERON. CHRISTIANVS, abnepos DN. IO. CASPAR. NISIVS vel NISING vtiliſſimam MAGDEBVRGO præſtiterunt per ſæculum alterum operam, poſterique illorum D. V. porro præſtabunt. Meretur celeberrima familia, & pietas noſtra requirit, vt in tabula Genealogica eam hic exhibeamus.

ALBERTVS NISIVS Mindæ n. 1447. Paſt. S. Mariæ & Reformator Primus a. 1529. † 1557. æt. 110.

GVILIELMVS NISIVS Alb. fil. & Succeſſor. † 1567. 24. April.

HENRICVS NISIVS Guil. fil. n. 1566. Paſt. S. Martini Mind. 1593. †. 1631. d. XI. Maii depict æt. 63. † æt. 65.

Vxor (1) MARGARETHA DERENDALIA † 1627. 1. Dec. Ex ea nati (1) IOHANNES. (2) MAXIMILIANVS Hamburgi a. 1631. ſqq. vixit, improles obiiſſe creditur. (3 filia N. N. vxor N. N. qui ſine nomine adpoſito mortem ſoceri in libro aliquo adnotauit.

Vxor (2) CATHARINA NITERT vidua Alb. FVSTMANNI ciuis Mind. quæ fuit *collatrix* vicariæ Conceptionis Mariæ virg. quam fundauerat a. 1517. *Florinus* NITERT altarchu ius vicariæ fuit in templo Cathedrali in Paradiſo. IPSA a. 1664 obiit ſine liberis. Hinc NISIORVM cognatio & adfinitas cum KöHNEMANNIS & IÆGERIS, de qua vir Ampliſſ. DN. HÆVERMANN D. Conſiliar. Commiſſ. & Conſul Mind. conſulendus.

IOHANNES NISÆVS Henr. fil. familiam propagauit Magdeburgi, eique Sam. POMARIVS ſecundum KVSTERVM V. C. in Memorab. Colon. p. XI. p. 172. parentauit. Cuius parentationis fragmentum incipiens ab litt. B. tradit, IOHANNEM natum FLENSBVRGI ibidem vsque ad annum æt. XII. Scholam frequentaſſe, tum poſt obitum matris ſuaſu patris addidiciſſe artem Phrygionum tum in Europa florentem, tum Germaniam in ſpec. Auſtriam, Palatinatum, porro Bohemiam, Galliam peragraſſe & Pariſiis artem apud Henrici IV. R. G. Phrygionem aulicum excoluiſſe, hinc Angliam, Belgium, Daniam inuiſiſſe, earumque nationum linguas percepiſſe. Tandem A. 1613. venit Magdeburgum, factus ſummi Capituli Phrygio A. 1617. duxit (1) CATHARINAM KOENIGIAM, Io. K. auri fabri filiam. (2) A. 1627. *Annam* FVCHSIAM quæ cum 3. liberis poſt excidum Magdeburg. ex quo ipſe præter togam talarem (Schlaff-Rock) & induſium nihil hoſti potuit ſubducere, Stasfurti periit, quo eos dux HOLCKE eius ob artem fautor deduxit

Merebatur memoria ALBERTI NISII, ſub quo tranquilliora & ſedatiora initia A. CIↃIↃXXIX. in templo Mariano ſumſit reformatio Euangelica, vt cum poſteris ſuis non ſine vberiore mentione dimitteretur, eo magis, quod in libris impreſſis nimis parca de iis ſit facta mentio. Numerant quidem catalogi diuerſi MSS. nomina Paſtorum ſine auctore præferentes etiam ante ALBERTVM noſtrum, vnum IOHANNEM MARIEKING; alterum CONRADVM HENSINCK; tertium Conradum WIEDEMANN; ſed memorantur ſine die & conſule, & in actis, litteris & documentis MSS. quorum multa millia adhuc euolui, de iis nec vola nec veſtigium occurrit. Vnde

duxit addito viatico eiusdem ope Angliam repetiit ſeque inſinuauit in amicitiam aulici Magiſtri CASP. GVDEMANNI, qui ipſi pecuniam & benefici mercatores Londinenſes merces pretioſas commodarunt, quibus Hafniæ ad nuptias Regias venditis, cum lucro Hamburgum petiit ibique duxit 3) CLARAM PETZIAM, IO. PETZII mercatoris Hamb. filiam, viduam Andr. SIVERTS ciu. Magdeb. thori per XXIII annos ſociam, cum qua familiam propagauit. Quum iam ante excidium Senatui (dem alten Rath) a. 1628 fuiſſet adſcriptus ob ſingularem integritatem & dexteritatem ab Senatu Magd. eſt reuocatus, vt a. 1643 cum *M. Chriſtiano* WELLMANNO Gymn. tum Rectore ad colligenda piorum exterorum munera pro reparando templo S. Ioannis Magd. in cineres redacto & inſtauranda Schola ablegaretur, quem laborem, vt erat pius, ſine ſalario ſuſcepit. A. 1646. a Senatu *iudex Forenſis* (Marck-Richter) merito eſt creatus, cui officio iuſte & ſedulo præfuit per XII annos, ei tamen a. 1659. obſenium valedixit, & poſt aliquot annos, quos impendit precibus & meditationibus ſacris, obiit a. 1663. æt. 74. ann. 7. menſ. 3. hebd. Subiungit *Pomarius:* Iſt ein ehrliches alter Pſ. 90. und wenn ers auch ſchon in ſeinem Leben noch höher/ und NB. mit ſeinem Elter-Vater (ALB. NISIO) gar bis auf 110. Jahr gebracht hätte, ſo wäre es doch Mühe und Arbeit geweſen ꝛc.

Ex IOHANNE dicto & CLARA PETZIA progeniti:

*a*) IO. CASPAR NISÆVS ſ. NISING *Iohannis* fil. *Hieron. Chriſtiani* frater, natus Hamburgi a. 1640. d. 6. Dec. humanioribus in Gymn. Magd. ſub Rectore & poſtea Profeſſ. Scholæ ducalis Luneb. D. DAN. CLASENIO dedit operam, a. 1660. adiit Academiam Iuliam & Philoſophiæ & Iuri ſe totum conſecravit, A. 1663 patre ſene ſalutato, ad IO. RAVIVM Conſil. & Bibl. Elect. Brandenb. præfectum, SVVM ADFINEM ſe contulit, ex qua Bibliotheca & conuerſatione cum adfine magnum fructum doctrinæ in ſpem Reipubl. cepit, ſed rediens in patriam minus valuit & a. 1665. d. 17. Ianuar. æt. 24. ann. & 6. hebd. exſpirauit. Ab hoc nomina ſacra tulit ipſius patruelis ſ. fratris filius.

*b*) HIERONYMVS CHRISTIAN. NISÆVS Germ. NISING natus Hamburgi a. 1644. celebris mercator & membrum delectus ciuium meliorum, ei curæ fuit cauſſam civitatis in ipſius negotiis neceſſariis pro meliori agere. †. 1683 m. Maio æt. 39.

DN. IO. CASPAR NISÆVS ſ. NISING *Hieron. Chriſtiani* filius, natus Magdeburgi a. 1683. menſe Ianuario, antea Aduocatus Curiæ Magdeb. poſtea Illuſtris Regiminis Magdeb. nunc Senator in patria. 1. *uxor fuit Gebleria*, 2. *Lemckia*, 3. *ſuperſtes Calviſia*. ex primo matrimonio ſuperſunt duo filii bonæ ſpei, 1. Iohann Friedericus, n. d. 14. Ian. 1713. 2. Iohann Chriſtian. natus d. 16. Sept. 1721. Secundum matrimonium ſuit improle, ex tertio proſtat Io. Heinrich. n. d. 24. Apr. 1729. Huius VIRI AMPLISSIMI & ad publicam vtilitatem promovendam promtiſſimi curæ & ſumtibus liberalibus debemus EFFIGIEM VTRAMQVE ALBERTI & HENRICI NISIORVM Mindenſium. Nam quum eæ iure

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/16
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Vnde conſiderabimus, quo modo & ſucceſſu in aliis parochiis euangelium ſit introductum. Et primo quidem in templo S. Simeonis, vbi, vt relatio quædam circa a. 1540. ſcripta habet, Anno 1529. dominica ANTE feſtum MICHAELIS diem Mindenſes ſibi vindicarunt templum, & ædes paſtoris: verba grauaminis hæc ſunt: **Int erſte** *anno XXIX* **den Sondach vor** *Michaelis* **dem** *ABBET* **vann dem** *WERDER MAVRICII* **und** *SIMEONIS* **genommen mit Gewalth de** *Caſpelkercken S. Simeonis* **vn de Wedeme**



iure hereditario ab AVO IOHANNE *Henrici* filio ad eum rediiſſent, rogatus a me illas cum poſteritate communicavit ære ſcite expreſſas. Precor deum, vt virum optimum cum familia ampliſſima, ſicut iam per DVCENTOS ANNOS & amplius floruit, ita ad ſeros vsque nepotes omnibus bonis porro adfluere iubeat, vtque numquam intermoriatur memoria NISIORVM. His abſolutis aliquot diſticha ſubiungam, quæ ob ſpatium anguſtius effigiebus non potuerunt ſubiici:

1) *IN ALBERTVM NISIVM.*

ALBERTVS NISIVS *Mindæ* annos ante ducentos, a. 1529.
Edocuit PRIMVS dogmata vera ſuos;
*Vndecies denis* annis viuendo peractis æt. 110.
Eſt in *Mariæ* conditus æde Sacra:
Fama viri dum MINDA viget, celebrata vigebit,
Gens in NISINGIS PARTHENII ampla viget. i. e. Magdeburgi.

(2) IN GVILIELMVM NISIVM

Quod Pater ALBERTVS NISIVS plantauerat, eius
Natus WILLHELMVS porro rigauit idem.
Annos exegit TERTRES in munere fidus,
Nunc *Patris lateri proximus* ipſe iacet:
Non exſpirauit cum vita gloria noſtri,
Filius HENRICVS continauit eam.

(3) IN HENRICVM NISIVM

*Patris aui*que pii veſtigia ſancta legendo
HENRICVS NISIVS dogmata ſacra diu
*Martini in templo* docuit, vitamque reliquit,
*Altero ab exciſa Parthenope vrbe die.* d. 11. Maii. 1631.
*Minda* tenet cineres; ſed *Parthenope* ampla *nepotes*,
NISINGOS ſeruet prouida cura Dei!

* * *

Quum hæc diſticha cum Ampliſſimo Senatore exeunte anno cIↃ IↃccxxviii. communicaſſem, placuit Clariſſimo viro SAMVELI WALTHERO Gymn. Magdeb. Conrectori Anno cIↃ IↃccxxix. d. 22. Ianuar. TRIA alia eaque elegantiſſima elaborare, quibus hiſtoriam hanc NISIANAM merito obſigno:

Qui primus lucem Mindanis prætulit almam
NISIVS, in lucem nunc redit ore pio.
Hunc ſoboles ſequitur longævo digna parente,
Et quos Parthenope nomine clara dedit.
Stent nati natorum, & qui naſcuntur ab illis,
Stirpsque *NISÆA* ſuo flore perennis agat.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/17
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

darvth gedreven mit Gewalt ſyen Denſt vnd Volck vn hen genomen alle dath dar was/ vn widder ingeſſath na ören egen Gevalle eynen vprorichen oren Vornemen anhengiſchen *predicanten.* Ad *dominicam POST* diem Michaeli Archangelo ſacrum demum ſecundum acta alius, & ſi vera coniectura, Abbas Io. MELLIN, hæc facta refert. h. m. *Anno 1529. dominica poſt feſtum S. Michaelis Mindenſes primo Eccleſiam S. Simeonis monaſterio ademtam inuaſerunt monacho Apoſtata* [Sequebatur hic monachus Pauli Apoſtatæ, i. e. a Iudæis ſiue ſecedentis, ſiue extruſi exemplum & præceptum 2. Tim. II, 10. αποστητω απο αδικιας *diſcedat:* (ſiue, vt barbare vertam cum vulgata, ex Sirac. XIX. 2. *apoſtatet) ab iniquitate* doctrinæ & vitæ, *qui nomen Chriſti nominat* Lutherus T. VI. Ien. Germ. f. m. 22. a. Selige *Apoſtaten*, ſelige Verlauffene/ ſelige Meineydige/ die den Teuffel nicht Glauben gehalten/ und *Apoſtaten* für ihm werden. Solcher *Apoſtata* und verlauffen Münch bin ich auch/ und wills auch ſeyn/ und iſt mein höchſter Ruhm einer für GOtt und in meinem Gewiſſen. conf. Nic. HVNNII APOSTASIA Eccleſiæ Romanæ ab Antiqua Apoſtolica. Lubec. 1631. 8. & Vratisl. 1664. 8. D. Io. GVNTHERI egregia diſputatio ex Ep. ad Romanos, quod Eccleſia Lutherana Apoſtolica ſit, Romana vero Apoſtatica. Lipſ. 1701. 4. Huc pertinent omnia illa ſcripta, quæ plena manu Polyhiſtor Hamburgenſium πολυμαθεστατος D. Io. Alb. FABRICIVS dedit in parte 1. *Centifolii Lutherani* Capite CLXIII. quod tandem pro exuberante eius doctrina augebitur, vt ex Centifolio facile progerminaturum ſit *millefolium*, aut, quia ROSÆ id nomen non ferunt, centifolium decuplum: Qui potuit Lutherus & etiam noſter Mindenſis monachus ſenſu odioſo Apoſtata eſſe, quum & illum, vti hunc e cœtu ſuo violenter eiicerent?] *in verbi miniſtrum electo, cum* NB. PAVLLO ANTE IS, QVI IN PAROCHIA S. MARIÆ ECCLESIASTEN AGEBAT, *in prædicta eccleſia monachum quemdam monaſterii eiusdem profeſſum catholice prædicantem falſitatis coarguere conatus* MEDIA CONCIONE *interpellaſſet, ac poſtmodum conſcenſa Cathedra ſtudioſa oratione vulgum adeo in Abbatem & Conuentum concitauit, vt confeſtim impetu facto feneſtras vitreas monaſterii paſſim lapidibus iniectis confregerint. Huic Apoſtatæ prælibatus Abbas & conuentus victum & amictum ſe ſubminiſtraturos polliceri debuerunt.* Hæc quamuis non ſine partium ſtudio ab viris ira & cupiditate templi recuperandi percitis ſcripta ſint, tempus tamen nobis deſignant, ſcilicet *dies dominicos Michaelis feſtum diem proxime antecedentes & conſequentes a. 1529.*, quibus Euangelium etiam inuitis & omnia obmouentibus indeque animos ciuium irritantibus aduerſariis in eccleſia S. Simeonis eſt receptum a parochis, quippe quorum, vtpote ciuium, non vero monaſterii, fuit iam olim templum S. *Simeonis.* Erat enim mox poſt initium ſæculi XIII. anno 1207. conditum, ſuosque ab eo tempore habebat Rectores

ſiue

ſiue Parochos; quibus parochia certis beneficiis & reditibus proſpiciebat; quum vero anno 1434. monaſterium ex Inſula in vrbem proxime ad templum S. Simeonis transferretur; illud monachis, quia eadem ſacra adhuc profitebantur parochi, indultum, vt ex iis aliquis ad ſacra adminiſtranda adhiberetur; qui tamen pendebat a Senatu & cœtu S. Simeonis eiusque diaconis & presbyteris. Hinc monachus, quem excerpta APOSTATAM vocarunt, non raptus ab Abbate, qui ab anno 1523. - vsque ad a 1537. fuit HINRICVS KEPPELER; ſ. de KEPPELN, ad diſciplinam Eccleſiaſticam apud eorum ordinem receptam; ſed detulit eum ad ſenatum, vt in cuſtodiam, quam vocarunt eo tempore & adhuc die *Baſſaunen*, concluderetur. Verba Chronici MSS. ordinem Chronologicum tamen hic & alibi peruertentis hæc ſunt: **Es hatte der Abt zu** S. *Simeon* **einen ſeiner Herrn/ der in der** *Caſſel*-**Kirchen etliche Jahr geprediget/ gefänglich in der** *Baſſaunen*, **wie die das nennen/ ſetzen laſſen/ derowegen daß er etliche Worte auf dem Predigſtuhl fliegen laſſen/ daraus zu vermercken/ daß derſelbe ihrer** *Religion* **abgetreten und Lutheriſch geworden.** Neque in actis, neque in Chronicis MSS. indicatur nomen huius monachi, ſed vero ſimile eſt fuiſſe (non Io. PADBERGIVM, vti quidam adnotarunt) ſed HENRICVM TRAPHAGIVM; quomodo clare etiam tradidit Hamelmannus p. 1314. *Quo etiam tempore* (puta *circa annum triceſimum*, non 1557. licet ita præcedat in Hamelmanno) *in æde* SIMEONIS COEPIT *plantare Euangelium* HENRICUS (13) TRAPHAGIUS *Lemgouienſis, qui* MONACHATVM *depoſuerat, vt pie ſub Euangelio viueret & ibi* PRIMVS EVANGELISTA *factus eſt, tandem is conſequitur conditionem & Paſtoratum in ducatu Luneburgenſi.* Sed quid interim actum de monacho in carcere? Ciues exſpectabant commodam occaſionem, quo ipſum liberarent; quæ ſe obferebat, quum Epiſcopus Mindenſis FRANCISCUS I. Dux Lunæburgenſis obvitam diſſolutam in morbum incideret, quo corpus totum fœda ſcabie ita inficiebatur, vt de ſalute deſperarent, eoque factum, vt ipſius frater HENRICUS Dux Brunſw. ægrotum cum magna vi pecuniæ vndique corraſæ Guelpherbytum curaret deportandum, vbi quoque paulo poſt die (14) XXV. Nouembris a. 1529. exſpirauit, conditusque eſt in cœnobio Riddageshuſa-

(13) TRAPHAGIVS ſcribitur quoque TROPHAGIVS, ſicuti *Lemgouiæ* intra ann. 1541-1552. inter Præceptores Scholæ ſub Rect. TILENIO IO. TROPHAGIVS ab Hamelmanno p. 1079. memoratur. M. Petr. Fritſch Rector olim Lemgou. ſcripſit XX. diſſertationes *Lemgonia - - - Docta*, non progreſſus vltra litteram *N.* dolendum, virum haud vulgaris acuminiset doctrinæ morte interceptum non addidiſſe reliquos reliquarum litterarum doctos; ita enim haud protrita de TRAPHAGIIS, OEMICKENIO, aliisque legeremus. Speramus fore, vt Summe Reuer. nobisque amiciſſ. DN. M. HACCIVS Paſtor Lemgov. hanc telam aliquando in Hiſtoria Eccleſ. & litteraria Lemgou. uberius pertexat.

(14) vid. Celeberr. RETHMEJERI Braunſchw. Lunæb. Chronic. T. I, III. **Theil.** c. 59. f. 864.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/19
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

huſano. Eodem igitur tempore, forte quod fama de morte Epiſcopi cito percrebuiſſet, ciues Euangelicæ doctrinæ fauentes monachum nocte S. Catharinæ e carcere, inſcio ſenatu & Abbate, liberatum ſequente die ad ſuggeſtum deduxerunt, ſelectis ex ciuium frequentia SEX ET TRIGINTA VIRIS, qui monachi huius, veritatem profitentis, cauſſam & præſidium nomine 300 ciuium contra aduerſarios quosque ſuſciperent. Adhuc Senatus, mercatorum, & nonnulla alia collegia hærebant, quid agerent, quippe tantæ multitudini impares verebantur, ne, ſi impedire conarentur, ciues excitati maiora molirentur, nam mandata ideo propoſita, etiam repetita, omnia fuerant inania. Immo ipſi Capitulares Summi ſuis rebus timentes mox ab obitu Epiſcopi ſuum in Carolo V. Imperatore præſidium quærebant; ſollicitantes apud eum confirmationem ſuorum priuilegiorum decani & Capituli nomine. Quod exeunte propediem anno 1529. factum eſſe circumſtantiæ temporis & rei ipſius perſuadent; nam deſcribi TRIGINTA ſua præcipua priuilegia curarunt eaque ad Imperatorem BONONIAM miſerunt, qui ea prius examinata iam XXV. Februarii a. 1530. BONONIÆ confirmauit, dictis Priuilegiis ſuæ confirmationi denuo inſertis; quæ ea ipſa ſunt, quæ PISTORIVS, STRVVIVS, LVNIGIVS ediderunt, a me in HISTORIA MINDENSI in mille fere aliis diplomatibus & documentis ineditis ſuo tempore accuratius denuo edenda.

Eodem hoc anno 1529. diebus Nato Chriſto ſacris, maxime tertio ſollenni die, die ſcil. IO. EVANGELISTÆ quoque MARTINIANI vno ſimul impetu in templo ſuo impeditis Pontificiorum cantionibus & Cæremoniis EVANGELICVM PASTOREM in Cathedram S. deduxerunt, nomine (1) NICOLAVM CRAGIVM ab comite HOIENSI ERICO ex arce *STOLTENOV* accitum; quem HAMELMANNVS in Hiſt. Renati Euangelii in Comit. Hoyenſi his verbis p. 798. commendauit: *Frater IODICI Comes Ericus, qui aulam ſuam inſtituerat in arce Stoltenowe habuit diſertum & peritum & in ſcripturis exercitatum virum Nic. CRAGIVM libere & dexterrime doctrinam Euangelii profitentem, cuius con-*

---

f. 864. Non d. 29. Nou. vti Chytræus in Continuatione Vandaliæ & Saxoniæ f. 260. tradidit, eumque temere ſecutus Paullini in Hiſt. Visbecc. p. 131. in libro aliquo ſæculo XVI. ſcripto de hoc Franc. I. hæc leguntur: *Iſte FRANCISCVS fuit Neronis confrater ſermone & actu. Nam quæ quiſque excogitare poterat, ipſe ſummopere expleuit libidine. Miſerabiliter vita functus eſt. In monaſterio Riddeshuſano ſepultus*: Ex ſimili forte MSS. Meibomius hauſit in Script. R. G. T. 1. f. 573. Alias Dom. Superint. M. Iul. Schmidt eum commendat in Catalogo Mind. Biſchöffe p. 48. a ſingulari benignitate & humanitate, maxime in Petrihagenſes.

(1) NIC. CRAGIVS hic non confundendus cum Nic. CRAGIO Rippenſi, qui edidit doctos libros IV. de Republ. Lacedæmoniorum ap. Petr. Sanct Andreanum 1593. 4. & Lugd. B. 1670. 8. item in Gronov. Antiq. Græc. T. V. f. 2497. Hic Ripenſis † 1602. cf. Vinding in Rect. Hafn. p. 192 & Bartholin. de Script. Danor. p. 107. ed. Mölleri De TILEMANNO CRAGIO huiusque ſcriptis conf. Catal. Bibl. Winckler. Hamb. p. 166, 167. & Hamelm. p. 926. 941.

*conciones multi etiam Heroes cum ſtupore audiebant apud ſe: Ideo is gratus erat Comiti ERICO & hic* Nic. *CRAGIVS ſuperabat eloquio ADRIANVM* (Buxſchotium.) *NIC. CRAGII opera in reformandis Eccleſiis & refutandis Papiſtis poſtea MINDENSES vſi ſunt.* Et vberius in Hiſt. R. E. in vrbe Minda p. 1312. 1313. ſqq. *Erat* NB. *CIRCA annum trigeſimum milleſimum & quingenteſimum. a. N. C. apud generoſum Comitem de Hoya ERICVM in arce STOLTENOW* NIC. *CRAGIVS*, vir *quidem mediocriter doctus ſed docendo admodum felix & eloquens. Cum vero eodem anno ciues vrbis Mindenſis flagrarent ardore & amore religionis veræ - - - - cenſebant CRAGIVM, quem in vicinia habebant, idoneum eſſe, cuius opera inſtauratio Eccleſiæ fieri poſſet. Idoneo igitur tempore de conſenſu comitis ERICI NB.* EODEM ANNO, QVANDO (a. 1529.) *ipſorum EPISCOPVS FRANCISCVS Brunſuicenſis Henrici frater occubuerat - atque NONDVM NOVVS erat electus Epiſcopus, vocarunt NIC. CRAGIVM, ſumentes initium mutationis in religione.* Scilicet latuerat veritas preſſa & tantum non oppreſſa, *tamquam ignis obducto cinere ſopitus; quem ſi paullulum commoueris rurſus ardeſcit & quaſi evigilat*, ſecundum Lactantium de Opific. c. XVIII, 4. Iam vero cum in cœtu S. celebraretur CHRISTVS NATVS, renaſcebatur ſimul in animis piorum deſiderium RENATI Euangelii, quod probe a turbis, quæ acceſſerunt, neque EVANGELIO, ſed aliis cauſſis tribuendæ ſunt, eſt diſcernendum. Irritabantur multi, quum, conuocatis canonicis & monachis, a quibus delectus ciuium SEX & TRIGINTA, atque in his IO. BRVNINGIVS (16) M. PETRVS WIEVS; & IO. GEVECOTIVS requirebant, vt conce-



(16) M. PETR. WIEVS WIHE & WEIHE recte ſcribitur; non WIESE ſ. WEISE. Nam etſi fuerit vir Sapiens & prudens & minime rapax; MILVVM tamen einen *Weihen* geſſit pro inſigni. Fuit hic vir propter merita ad conſulis dignitatem euectus, & ſiquis vnquam alius in Miniſtros eccleſiæ, Præceptores Gymnaſii, pauperes beneficentiſſimus, uti poſtrema eius voluntas litteris conſignata & ab Senatu confirmata teſtatur. Eius monumentum, in quo Conſul hic pius genibus flexis orans ad Chriſtum in æde S. Martini conſpicitur, dignum, vt æri incidatur, quamquam eius memoria ære perennior in omnium piorum Mindenſium animis debeat eſſe inſculpta: Spirant haud vulgarem viri optimi pietatem hæc eius in teſtamento verba: **Jck** PETER WIE - - **geve - - to Erholdungen der Armen Lethmate JEſu Chriſti und nomlick ſo daner rechten Evangeliſchen Armen,** NB **dar men den Geiſt Chriſti inne ſpöret, de gerne Gades Wort hoeren, eynerlich Levent vören/ vnd vngerne dat Brodt huslanck/ edder vor dören beden.** Fecit vero hoc teſtamentum IAM Anno 1553. plus VIGINTI ANNIS ante obitum, & moriturus pia hæc beneficia non imminuit, ſed auxit. Hæc, hæc erat vera pietatis indoles; nonquum inuiti, morti iam proximi, ex corraſis vndique facultatibus & iniuſte partis vix ac ne vix quædam quaſi ad expiandam iniuſtitiam auaritiamque legant: Valde verendum eſt, ne multi cum impia hac ſua pietate fruſtrentur & cum bonis ſuis miſere pereant. Tutius collocantur, quæ ex vera fide & caritate in egentes mature collocantur. Spero fore, vt mihi vberior de PETRO WIEO notitia obtingat, vt alibi eum pro meritis plenius deſcribere poſſim.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn347422748/21 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

cederent, ſimul cum ſuis PASTORES EVANGELICOS docere in templis; repulſam ferrent, vnde & CRAGIVS homo concitati & iracundi ingenii permotus, vt haud amplius Cleri Pontificii conſenſum exſpectans ipſe ſibi conſuleret, & modo in æde Martini, modo & in reliquis parochiis Euangelium doceret: Audiamus iterum HAMELMANNVM p. 1313. *Quo autem id* (negotium emendandæ religionis) *commodius fieret, elegerunt VIROS TRIGINTA* (adde: SEX,) *qui ſtrenue nomine communis reipublicæ negotium Euangelii promouerent, ex quibus præcipui erant IO. BRVNINGIVS Senator, - - M. PETRVS WIEVS, qui poſtea Conſul conſtituebatur, & JO. GEVECOTIVS Senioris Conſulis filius, qui & ipſe poſt aliquot annos elapſos & pronuntiatus & deſignatus Conſul. Illi igitur - triginta cum euocato* NIC. CRAGIO *deliberant de toto negotio & communicato cum eo conſilio conuocarunt tandem ex communi deliberatione omnes monachos & Canonicos in collegiis, exceptis cathedralibus* DVMHERIS, *quos in ſua reliquerunt Papiſtica religione, eisque ſerio iniunxerunt, vti depoſitis ſuis Papiſticis ſacris Euangelicum illum Doctorem* CRAGIVM CVM SVIS *docere paterentur in ſingulis Eccleſiis parochialibus.* Vix decurſis diebus Chriſti natiuitati ſacris citatus Clerus Pontificius in curiam, quid de iis factum ſit, MSS. excerpta referant: *eodem*, inquiunt *anno* (1529.) *in feſto D. Jo. Euangeliſtæ Abbatem cum duobus conuentualibus vt & Decanos S. Martini & S. Joannis & Capitulares quamplures ex citatione Senatus & 36. virorum in curiam venientes duobus diebus & nocte vna ibidem ſingulos ſeorſim concluſos detinuerunt* (vnde vero tot in curia conclauia?) *& Abbatem eo adegere, ut eorum poſtulata 10. punctis* comprehenſa* (ita

* Legi ea *decem capita*, quæ ſane non tanti videntur, vt inde tantæ & fere infinitæ accuſationes peterentur. Sunt hæc:

